CLIX

In anno a nativitate domini millesimo tricentesimo septuagesimo quarto indicione duodecima die sabati nono mensis septembris
hora pa(ri)e post tercias. In papie videlicet in ecclesia sancti Eusobii porta in porta sancti Petri ad murum in parochia eiusdem ecclesie venerabiles
viri dompni presbiter Jacobus de cardano archipresbiter ecclesie plebis sancti pauli de copiano et presbiter Georgius de mangano canonicus
eiusdem ecclesie coadunati ad honorem dei in ecclesia sancti Eusobii papie pro infrascripta ellecione fienda cognoscentes et scientes dominum Gyrardum
de albariciis olim canonicum dicte ecclesie sancti pauli de copiano iam pluribus diebus elapsis suum diem clausisse extremum et corpus eius
traditum esse et fuisse ecclesiastice sepulture Et sic dictam ecclesiam vacare canonico attendentes quod in ecclesiis diuturna vacacio consuevit
esse nociva et nolentes dictam ecclesiam propter diuturnam vacacionem canonicatus predicti detrimentum pati. Considerantes quod ad ipsos
archipresbiterum et canonicum tam de iure communi quam de consuetudine ellecionem spectare et cognoscentes personam Antonini de magano
filii quondam Saglimbene civis papie tum ex persona ipsius quam eciam potencia et sciencia amicorum fore utilem et fructuosam ad
ellecionem dicti canonicatus et prebende et ad ipsum canonicatum dicte ecclesie et iura ipsius ecclesie per ipsum et parentes ipsius Antonini posse
multipliciter deffenssari predicti presbiter Jacobus archipresbiter et presbiter Georgius canonicus ut supra unanimiter et concorditer. Christi nomine
invocato et beate virginis Marie et beatorum apostolorum Petri et pauli et beatissimi Syri Episcopi confessoris et defensoris civitatis papie et
beati Eusobii in cuius ecclesia sunt. Elligerunt et elligunt in canonicum dicte ecclesie sancti pauli plebis de copiano Antoninum de magano
suprascriptum filium quondam Saglimbene ad locum prebendam et beneficium vacantem in dicta ecclesia per mortem dicti quondam domini Gyrardi de albariciis
olim canonici ipsius ecclesie omni iure modo et forma causa et causa quibus melius potuerunt et possunt. Promitentes dicti dompni archipresbiter
[illegible] dictam ellecionem perpetuo habere ratam gratam et firmam habere et tenere et contra ipsam non facere vel venire aliqua
[illegible]racione vel causa sub obligacione omnium bonorum suorum Insuper dicti dompni archipresbiter et canonicus constituerunt et fecerunt ac constituunt
et faciunt suorum nominibus et nomine dicte ecclesie dominum presbiterum Thodeschum testam presbiterum ecclesie sancte Marie de lauenetica papie et Franceschinum
de mangano clericum papie ipsos et quemlibet ipsorum suos et dicte ecclesie nuncios sindicos et procuratores speciales ad denunciandum notificandum
et intimandum suprascripto Antonino de mangano electo suprascriptam ellecionem de se factam ad suprascriptum beneficium canonicatus et prebendam vacantem
in dicta ecclesia sancti pauli de copiano ut supra et ad requirendum et petendum a dicto Antonino ut dictam ellecionem acceptare vellit
et placeat Et inde dicti dompni presbiter Jacobus de cardano archipresbiter dicte plebis sancti pauli de copiano et presbiter Georgius de mangano
canonicus dicte plebis sancti pauli de copiano hanc cartam fieri iusserunt et rogaverunt Interfuere frater Johannes saltarius minister
hospitalis de lacaritate dompnus Johannes Franceschinus de mangano iurisperitus Jacominus senta filius Alberti de zachono et Antoninus
albaricius filius quondam domini Symonis inde testes :x Eisdem anno et indicione die suprascripto hora pa(ri)e post nonas In papie videlicet
in domo habitacionis domini Johannis Franceschi de mangano iurisperiti porte in porta sancti Petri ad murum in parochia ecclesie sancti Eusobii dompnus
presbiter Thodeschus presbiter ecclesie sancte Marie de lauenetica papie sindicus et procurator archipresbiteri et canonici ac ecclesie seu plebis sancti pauli de
cupiano omni modo iure et forma quibus melius potuit et potest dixit denunciavit et notificavit ac dicit denunciat et notificat
Antonino de magano filio quondam Saglimbene civis papie quod ipse dominus Antoninus die hodierna fuit ellectus in canonicum
ecclesie seu plebis sancti pauli de cupiano propter vacacionem dicti beneficii per mortem quondam domini Gyrardi de albariciis olim canonici dicte
ecclesie petens et requirens cum instancia a dicto Antonino ut dictam ellecionem dicti beneficii et prebende acceptare vellit Qui suprascriptus
Antoninus prius inter se dilligenti habita deliberacione et consideracione nolens resistere divine disposicioni dictam ellecionem
et beneficium acceptavit et acceptat in quantum melius potuit et potest de iure. Et inde dictus dompnus presbiter Thodeschus dicto sindicario et procuratorio
nomine et dictus Antoninus hanc cartam fieri iusserunt et rogaverunt Interfuere dompnus Johannes Franceschinus de mangano iurisperitus Petrus Saglimbene
de mangano filius quondam domini Gualterii et frater Johannes saltarius minister hospitalis de lacaritate inde testes :x

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio
5(159)

Ego Saglimbene de mangano filius quondam Petri publicus papie imperiali auctoritate notarius has cartas michi fieri iussas rogatus tradidi
et scripsi :x

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1787003531-15/fragment/page=0001
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1787003531-15/fragment/page=0002

CLIX

In Anno a natiuitate domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo quarto Indicione duodecima die sabati nono mensis septebris
hora pax post tercias. In pap videlicet in Ecclia sci Euxobij posita in porta sci Petri ad murum in parochia eiusdem Ecclie Venerabiles
viri dns pbr Jacobus de cardano Archipbr Ecclie plebis sci pauli de copiano et pbr Georgius de mangano canonicus
eiusdem ecclie coadunati ad honorem dei in Ecclia sci Euxobij papi p infrascripta Ellecione fienda cognoscentes et scientes dnm Cyrardum
de Albaricijs olim canonicum dce Ecclie sci pauli de copiano Jam pluribus diebus elapsis suum diem clausisse extremum et corpus eius
traditum esse et fuisse ecclastice sepulture Et sic dcam Ecclam vacare canonico attendentes qd in Ecclijs diuturna vacacio consueuit
esse nociua et nolentes dcam Ecclam ppt diuturnam vacacionem canonicatus pdci detrimentum pati. Considerantes qd ad ipos
Archipbrm et canonicum tam de Jure comuni qm de consuetudine Ellecionem spectare et cognoscentes psonam Antonij de mangano
filij qdam Saglimbene clici papi tum ex psona ipius qm eciam potencia et sciencia Amicorum fore vtilem et fructuosam ad
Ellecionem dci canonicatus et pbende et ad ipm canonicatum dce ecclie et Iura ipius Ecclie p ipm et parentes ipius Antonij posse
multipliciter deffensari pdci pbr Jacobus Archipbr et pbr Georgius canonicus ut supra vnanimiter et concorditer. Xpi noie
Inuocato et beate virginis Marie et beatorum applorum Petri et pauli et beatissimi Syri Epi confessoris et deffensoris ciuitatis pp et
beati Euxobij in cuius ecclia sunt. Elligerunt et Elligunt in canonicum dce Ecclie sci pauli plebis de copiano Antonium de mangano
pstm filium qdam Saglimbene ad locum pbendam et beneficium vacantem in dca Ecclia p mortem dci qdam dni Cyrardi de Albaricijs
olim canonici ipius Ecclie omi Iure modo et forma quibus mellius potuerunt et possunt. Promitentes dci dns Archipbr
[illegible] dcam Ellecionem ppetuo hre ratam gratam et firmam hre et tenere et contra ipam non facere ul venire aliqua
racione ul causa sub obligacione omnium bonorum suorum Insup dci dns Archipbr et canonicus Constituerunt et fecerunt ac constituunt
et faciunt suorum nominibus et noie dce Ecclie dnm pbrm Thodeschum rectorem pbrm Ecclie sce Marie de Lauenetica pp et Franceschinum
de mangano clicum papi ipos et quemlibet ipoz suos et dce Ecclie nuncios syndicos et pcuratores spales ad denunciandum notificandum
et Intimandum psto Antonino de mangano Electo pstam Ellecionem de se factam ad pstm beneficium canonicatus et pbendam vacantem
in dca Ecclia sci pauli de copiano ut sup et ad requirendum et petendum a dco Antonino ut dcam Ellecionem acceptare vellit
et placeat Et Inde dci dns pbr Jacobus de cardano Archipbr dce plebis sci pauli de copiano et pbr Georgius de mangano
canonicus dce plebis sci pauli de copiano hanc cartam fi Jusserunt et rogauerunt Interfuere frater Johes saltarius Minister
hospitalis de lacaritate dns Johesfranceschus de mangano Iurpit Jacominus senta filius Alberti de zachono et Antonius
Albaricius filius qdam dni Symonis Inde testes :.x. Eisdem Anno et Indicione die psto hora pax post nonas In pap videlicet
in domo habitacionis dni Johisfranceschi de mangano Iurpiti posita in porta sci Petri ad murum in parochia Ecclie sci Euxobij dns
pbr Thodeschus pbr Ecclie sce Marie de Lauenetica pp syndicus et pcurator Archipbri et canonici dce Ecclie seu plebis sci pauli de
cupiano omi modo Jure et forma quibus mellius potuit et pot dixit denunciauit et notificauit ac dicit denunciat et notificat
Antonino de mangano filio qdam Saglimbene clici papi qd ipe dns Antoninus die hodierna fuit Ellectus in canonicum
Ecclie seu plebis sci pauli de cupiano ppt vacacionem dci beneficij p mortem qdam dni Cyrardi de Albaricijs olim canonici dce
Ecclie petens et requirens cum Instancia a dco Antonino ut dcam Ellecionem dci beneficij et pbende acceptare vellit Qui pstus
Antoninus prius Inter se dilligenti hita deliberacione et consideracione nolens resistere diuine disposicioni dcam Ellecionem
et beneficium acceptauit et acceptat in quantum mellius potuit et pot de Jure. Et Inde dcus dns pbr Thodeschus dco syndicario et pcurario
noie et dcus Antoninus hanc cartam fi Jusserunt et rogauerunt Interfuere dns Johesfranceschus de mangano Iurpit Petrus Saglimbene
de mangano filius qdam dni Gualterij et frater Johes saltarius Minister hospitalis de lacaritate Inde testes :.x.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morlico 5(159)

Ego Saglimbene de mangano filius qdam Petri publicus papi Imperiali auctoritate notarius has cartas michi fieri Jussas rogatus tradidi
et scripsi :.x.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1787003531-15/fragment/page=0003